



VR. O ALEXANDER, tibi DVX PARMENSIS, at huius
Orbis alterius dignior imperio?
HERCVLEAS armatur nodosa dextera CLAVA?
HERCVLEAS humerus sustinet EXUVIAS?
HERCVLEO nisu nostri quia temporis, armis,
Intrepidique animi robore, monstra domo.
Cur PARMAM tibi laeva tenet? (non quamlibet; at quae
Saxifica anguicomae Phorcidus ora gerit.)
SERPENTINA regens ANIMI PRVDENTIA ROBVR,
Qua sine nil ANIMI ROBVR, et ARMA valent,

Otho Venius fingebat & ping. Giebertus fr. scalp.

INVIDIAMque, HOSTESque, meam ad lapidescere PARMAM,
Exsortes animi, consilijque facit.
Quae tibi DVX INDEX, SVSTENTATRIXque cohaeret
Scandenti acclivem Nympha animosa viam?
RELLIGIO humana est sine qua PRVDENTIA inanis,
Qua sine nil ANIMI ROBVR, et ARMA valent.
I bone VIRTVTIS tibi, post VIRTVTIS, HONORIS,
Porta quibus geminis unica, TEMPLA patent.
PARMA dabit PALMAM, poterunt quam sternere nullo
INVIDIA, IMPIETAS, VIS INIMICA die.

St. 1323

D. van Veen pinx.

G. van Veen sc.



Niedersächsisches Ministerium
für Wissenschaft und Kultur

© HAUM <http://kk.haum-bs.de/?id=p-slg-ab3-0078>

cm
7
6
5
4
3
2
© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig

